

*De usu et Dignitate insignium.*

II m  
467

PROVIDENTIA  
DEI AETERNI  
MVNIFICENTIA  
SERENISSIMI  
PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
GEORGII FRI  
DERICI CAROLI  
MARGGRAVII BRANDENBURGICI  
BORVSSORVM MAGDEBURG. STETIN. POME  
RANORVM CASSVB. VANDAL. MEGAPOLIT. VT ET IN SILESIA  
CROSS. DVVIS BVRGGRAVII NORIMBERG. PRINCIPIS HALBERSTADIIEN  
SIVM MINDENSIVM CAMINENSIVM VANDALORVM SVERINENSIVM  
ET RAZEVRG. COMITIS HOHENZOLLERANI ET SVERINENS.  
DITIONIS ROSTOCH. ET STARGARD. DOMINI  
CETERA

CLEMENTISSIMI NVTRITORIS  
ILLVSTRE COLLEGIVM  
CHRISTIAN - ERNESTINVM  
NATALEM SVVM

xxvii. iVL. cIo Idcc xxviii.  
PIE RECOLET

QVEM DIEM FESTVM  
ORATIONE SOLENNI  
DE

CONTROVERSIA HERALDICA  
INTER BVRGGRAVIVM FRIDERICVM V  
ET COMITES OETINGENSES AGITATA  
PROSECVTVRS

LITERARVM PATRONOS ET FAVTORES  
QVA DECET PIETATE ET OBSERVANTIA INVITAT  
M. IO. DAVID ELLROD  
PHILOSOPH. P. P.

BARYTHI, PRELO IOANNIS LOBERI AVLAE CANCELLARIAE ET ILL. COLLEGII  
CHRISTIAN-ERNESTINI TYPOGRAPHI.





Ontrouersiarum, quae a dignitate personarum et rerum illustres appellari consueuerunt, praecipuum quandam locum illae occupant, quae de insignibus et armis gentilitiis magna animorum contentione saepius agitari solent. Grauissimi momenti sunt insignia, eorumque cum origo, (\*) tum indoles, atque uisita est comparata. ut cum genere, imperiis, prouinciis, titulis, praerogatiuis, aliisque summorum hominum iuribus et immunitatibus non tantum certare, uerum palmam quoque deportare possint; quoniam cum his omnibus magnam cognationem, in iisdemque indicandis, probandis, uindicandis, aut confirmandis, ingens robur atque pondus, habent. Multum operae studiique in exponendo multiplici fine et usu, in declarandis uariis effectibus et potestate insignium, uir doctissimus *Theodorius Hoepingius* in commendabili *de Iure insignium tractatu* (\*\*) posuit, unde *Spenerus* (\*\*\*) ius, quae de istis argumentis habet, depromsit summumque attulit. Tribuuntur et geruntur insignia in memoriam et praemium rerum praelae gestarum; dantur ad incitandos ad uirtutem animos; ut seruiant ornamento, ut sint perennia gratiae summorum Principum monumenta, denique obsequii et fidei incitamenta. Decet magnos terrarum moderatores, fidem atque uirtutum ciuium, non tam muneribus aliis, quae eripi auferrique possunt, quam eiusmodi remunerare praemiis, quae in omne aeuum et posteritatem sunt duratura. Carolus M. ferunt hanc seruasse laudatissimam consuetudinem, ut cuius, qui se fortem in bello praestiterat, singulare signum in scuto ferendum dederit, unde uirtutis praestantia elucere possit. Census militares Henricus Auceps instituit, uirosque belli gloria et fortitudinis laude conspicuos aliis praetulit, clypeis et insignibus, dignis rerum bene gestarum praemiis, donauit. Hodie adhuc augustissimi Imperatores in elargiendis nobilitatis et insignium honoribus, uirtutis, cum in sagro, tum in toga eminentis, rationem habent, et ad illam ulterius amplectendam caetera addere solent. Hic finis praecipuus est, et apud eos potissimum locum habet, qui insignia a Superioribus, a summis imperantibus, et quibus ab his data eadem conferendi potestas est, accipiunt; qui uero summi imperantes sua sponte atque auctoritate sibi sumunt, siue augent insignia, dignitatem et ornatum, quo caeteris pares esse, uel antecedere cupiunt, respiciunt, aut ad iura, quibus in terras modo acquisitas, aut aliquando consequendas gaudent, oculos animumque intendunt. De usibus (\*\*\*) insignium non est, quod multa asseramus, siquidem in omnibus, quae illorum concedunt privilegia, diplomatibus, formula reperitur: *Solch obgemeldte Wapen und Kleinod ewiglich haben, führen, und dessen in allen und jeglichen ebrlichen Sachen und Geschäften / zu Schimpff und zu Ernst, in streiten, stürmen, kämpffen, Gesechen, Gesechten, Feldzügen, Panieren, Gezelten, Uffschlagen, im siegeln, Verschafften / Kleinodern, Begräbnüssen, Genstern, Gemälden / und sonst an allen Orten und Enden, nach ihrer Ehren Notdurfft, Willen und Wohlgefallen sich freuen und gebrauchen auch alle und jede Freyheiten, Privilegien, Ehr, Würde, Vortheil, Recht, Gerechtigkeiten, und gute Gewohnheiten, mit geistlichen und weltlichen Lehen, Nemtern und beneficien zu haben, zu tragen, zu empfangen und aufzunehmen, wie andere unsere und des H. Röm. Reichs Lehen und Wapens genossene Leute ic.* Quod uero ad effectus et potestatem in imaginum gentilitiarum attinet, in illis recensendis et illustrandis operosissimum se ostendit Hoepingius. Sedecim fecit effectus, quorum cum multos

(\*) Haec est maxime intricata, gloriosissima tamen ubique deprehenditur: siue enim antiquior, siue recentior statuatur, semper a factis, populis aut personis singulari laude conspicuis deriuanda erit. *Aridet interim sententia P. au Val. ob. sur le blas.* p. 3. L'usage des armes est fort ancien, mais les regles et les preceptes du blason n'ont gueres été liuies, qu'après les croisades et les voyages que l'on a fait en la terre sainte. ap. *Spener* P. I. c. II. p. 50. §. 36.

(\*\*) *Cap. XII. et XIII.* (\*\*\*) *Op. Herald. P. I. c. I. §. 10. 26. 27.*

(\*\*\*\*) *Sigillarum de usu galeae uid. celeberr. Doct. Rinckii dissert. de eo, quod insulum est circa galeam, cap. II.*

inter se continere deprehendamus, breuius illos exhibere posse uidemur, si dicimus, insignia *discrimen, gloriam, et iura* familiarum indicare solere. Scilicet, integras nationes, imperia, prouincias, urbes, societates, ordines et familias, insignibus *discerni*, res est quotidianae, ex moneta, uexillis, terminis, aliisque similibus indicis, facile lauriendae notitiae. Dantur quidem gentes et familiae plures, quae iisdem armorum imaginibus utuntur, uerum ubi accuratissime conuenire uidentur, semper erit, unde aliqua differentia peti possit. *Gloriam* loquuntur insignia, dum ostendunt, siue gentis ab alia illustri petendam, siue ipsorum originem armorum, obuirtutem, et res, in bello cum primis, praeclare gestas, liberali summorum Caesarum atque Principum indulgentia tributorum, aut propria auctoritate, quae olim quidem ualebat, assumtorum: dum signant familiarum antiquitatem, claritatem et nobilitatem, siquidem ignobili ac plebeio homini non statim integrum est, armis uti, quibus illustres et generosae familiae gaudent. *Iura* uero insignibus uaria constant: etenim solent arguere ius superioritatis, iurisdictionem et dominium, itemque ius patronatus; quod nemo negabit, nisi is, qui, quae quotidie in templis, curiis, portis, muris, palis et lapidibus e terra erectis, insignia picta uel incisa conspiciuntur, aut non obseruat, aut obseruata negligit. Equum fugit, quanta eorum uis sit in beneficiis et feudis expectandis aut consequendis? quanta in bello, quanta in ludis equestribus, in praetensionibus, in successibus potestas? Quae quidem omnia exemplis ac testimoniis adstrui possent, si necessarium esse uideretur. Haec uero cuncta eum tantum in finem attulimus, ut pateat, rem, non esse exigui, sed maximi momenti, insignia. Cuius enim et origo insignis, et finis, usus, atque effectus illustres sunt; cuius absque dubio ingentem esse dignitatem et exultationem, ac de eo controuerti grauissimum pondus habere, oportet. Sunt insignia cum feudis, successibus, titulis et prouinciis summarum personarum coniunctissima: apparet ergo, eadem ad illustres controuersias non solum pertinere, sed praeclarum quoque locum inter ipsas occupare. Vel sola familiarum gloria, quam earum arma testantur, haec, et, quae de iisdem oriuntur, lites, euehunt; cum, quantum in laude originis et gentis gloria, illustres personae ponant, idque merito atque optimo iure, nemini sit obscurum. Temporum et rerum gestarum commentarii uarias, casque satis illustres atque graues lites, de insignibus agitas, nobis passim referunt, ex quibus, quanta sit rei praestantia, facile intelligitur. Antequam ad horum certaminum quaedam proferenda accingimur, forte haud alienum ab hoc loco fuerit, ea adducere, quae Hoepingius cap. XIV. instar prodromi praemisit: *Equidem, inquit, non raro inter Heroes, Reges scilicet, Principes, Comites et Nobiles, lites, imo bella super insignibus oriuntur, uti superioribus annis exempla haud uulgaria, humano sanguine tincta, abunde docuerunt: ut ex his inter alia obortum distidum, de quo A. A. (u. 1710) Braunschw. Historische Handel in causa Braunschw. contra Braunschw. satis luculenter memorant, amicae compositionis uiam omnium difficilime inuenerit, suntque hae super armis clypeisque controuersiae tanto grauiores, quod maxime inter illustris dignitatis personas agitari consueuerit, et familiae, agnationis domusque sint indicinae. Neminem spero, litteratorum tanta teatere auiditate, ut, quam difficiles motus atque lites de tribus coronis inter potentissimos Daniae Succiaeque reges, saepius ualuerint, turpiter ignoret? Nam et publicis comitiis, maximorum Principum interuentu, componi debuerunt illa dissidia, quae iteratis tamen uicibus gliscere ac de nouo excitari coeperunt. Albertus dux Brunswicensis Nobiles de Assenburg insignium causa grauiter dehellauit, quod clare refert Ioan. Binhardus (\*): Es trug sich / air, gleich dazumahl zu / das Herzog Albrecht zu Braunschweig ward von denen von Assenburg / so mächtige Feindern waren nicht allein verachtet, sondern auch etwas schimpfflich gehönet, in dem, das sie in ihren Wapen, darinn sie sonst einen Wolf geführt, einen Löwen. (wie der Herzog führte) machen ließen und ordnen den Löwen ihren Wolf setzen, der den Löwen mit seinen Klauen an den Ohren*

( 2 )

(\*) Lib. I. Thüringischer Chronick p. 47. ap. Hoeping. l. c. (\*\*\*) p. 94. et seq.

griff oder grapte. Dieser Schimpff daran Herr Basio von Assenburg am meisten schuldig) verschmähte den Herzog / belagert die Assenburg / und nach Eroberung jagte er die Juncfern von Dannen. Luculentum quoque *Bissarus* ad Spelmannum (\*\*\*) adducit exemplum grauiissimae, et magnis animis plurimumque annorum tractu agitatae litis, quae de iure insignia dominorum de Haltings Com. Penbrochiae gestandi, Reginaldo de Grey, Domino de Ruthen, actori, cum Edoardo de Haltings, equite, reo, intercessit. Parata aliquando erant arma, et orta inter Duces Geldriae et Iuliaci contentio, quod ille huius insignia usurparet, ad eruentum inclinabat praelium, commissumque sine dubio esset, nisi Ludouicus XII. Galliae rex index huius dissidii electus, idem composuisset. Excitatus modo *Bissaeus*, in suis ad Vptonum annotationibus, multa et grauius allegat duella, quae de armis et imaginibus gentilitiis olim peracta sunt, ita quidem, ut uaria adducat exempla, quibus, post pugnam, uictori insignia, regia auctoritate ad iudicata fuisse, patet. (\*) Quibus controuersiarum de insignibus exemplis plura facile adiungi possent, si temporis et chartae spatium permitteret. Inductus autem ad haec scribenda sui, quod illustris olim et maximi ponderis controuersia inter Fridericum V. Burggrauium Norimbergensem, et Comites Oetingenses uiguerit, de apice galeae, caput et collum canis maioris referente, quem hi Comites adhibuerunt, Fridericus uero id fieri nolebat; donec lis ista potentissimorum Principum arbitrio, honorificis conditionibus composita fuit. Cum igitur ex consuetudine et legibus, die quo nostrum illustre Collegium quondam conditum inauguratumque fuit, oratio, eaque de argumento ad historiam Serenissimae domus Brandenburgicae pertinnente, habenda mihi sit: mentem ad antiqua conuolare libuit, breuicunque et tenuem de *Controuersia heraldica inter Fridericum quintum Burggrauium Norimbergensem et Comites Oetingenses agitata*, commentationem, pro temporis et argumenti ratione, conscripsi. Auctores, qui hoc dissidium subinde allegant, saepe rei non satis gnaros deprehendi: honestum mihi uisum est, quod in explicanda illustri, Germanica fide et magnanimitate gesta, atque gloriam fortissimi Burggrauii probante, quod in argumento curioso, difficili, neque adhuc occupato, studium ponerem: suauis uero et iucundum historiae medii aeni caput quoduis est, praesertim si ad heraldicam, artem pulcherrimam et amoenissimam, spectare uideatur. Plerosque utilitatem argumenti desideraturos credo; iis uero, praeter maximum cuiuslibet ueritatis pretium, praeter arctissimum Iuris prudentiae heroicae, cum historia, iure publico, feudali, et politica nexum (\*\*), ea, quae uiri celeberrimi, *Struuius* et *Zollmannus* in ruta Saxonica, *Gundlingius* in *Wuertembergen*si cornu uenatorio, alii in rota insignium Moguntinorum (\*\*\*) praestiterunt, respositionis loco dare me posse existimo. Multum incrementi ornamentique heraldicae disciplinae accessurum, si materiae speciales ex tabulariis eorumque documentis maiori cum cura et studio tractarentur, grauiissimi uiri indicant, atque ipsa rei indoles confirmat. Liceat igitur telam inchoatam perficere, et foetum qualemcunque in lucem proferre. *Vestram, illustres Aulae et Curiarum proceres, Literarum patroni et fautores*, benignitatem et fauorem demittite obseruanterque exoro, gratiosa et beniuola praesentia, orationi nostrae futuro, quem supremum Numen prospere illucere iubeat, die martis, uelut ipso Collegii nostri natali, habendae, optatum decus et successum largiamini. P. P. Dom. IX. p. Trinit. clō lxxxvii.

(\*) *Inter alia ibi de tribus leporariis currentibus aureis, cum armillis in rubeo scuto, duellum Hugonis Harding Angli cum Wilh. de Semloue Scoto, et illi, Hardingo nimirum, uictori, Regem ad iudicasse sentiam, relatum legi, restatur spenerus Op. Herald. P. I. Sect. III. Memb. II. cap. V. §. 68. pag. 252.*

(\*\*) *Hunc ostendit Mart. Schmeizelius Prof. Ienens. in der Einleit. zur Wapen- Lehre, p. 30. 199.*

(\*\*\*) *Vid. Io. Georg. Eslerii Probe einer verbesserten Heraldie in praefat. et p. 69. 70. seqq.*

27  
118  
13

*De usu et dignitate insignium.*

II m  
467

PROVIDENTIA  
DEI AETERNI  
MVNIFICENTIA  
SERENISSIMI  
PRINCIPIIS AC DOMINI  
DOMINI  
GEORGII FRI  
DERICI CAROLI

MARGGRAVII BRANDENBVRGICI  
MAGDEBVRG. STETIN. POME  
ANDAL. MEGAPOLIT. VT ET IN SILESIA  
II NORIMBERG, PRINCIPIIS HALBERSTADIEN  
MINENSIVM VANDALORVM SVERINENSIVM  
ITIS HOHENZOLLERANI ET SVERINENS.  
STOCH. ET STARGARD. DOMINI  
CETERA

ISSIMI NVTRITORIS  
STRE COLLEGIVM  
AN - ERNESTINVM  
ALEM SVVM  
L. IVL. c. l. o. l. o. c. c. x. x. v. i. i. i.

PIE RECOLET  
DIEM FESTVM  
ONE SOLENNI  
DE  
ERSIA HERALDICA  
RAVIVM FRIDERICVM V  
OETINGENSES AGITATA

PROSECVTVRVS  
ATRONOS ET FAVTORES  
ETATE ET OBSERVANTIA INVITAT  
DAVID ELLROD  
HILOSOPH. P. P.

ROBERTI AVLAE CANCELLARIAE ET ILL. COLLEGI  
AN-ERNESTINI TYPOGRAPHI.

